



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Hospitius C. 21. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

**G**ISILI nomen apud Guntramum Regem detulit, calumnia tam speciosa, ut duello purganda fuerit. Ad id diversis se luctatores studiis Præparabant. **A**USTREGISILUS placare precibus Numen, argentum omne in pauperes effundere, suis se virtutibus magis, quàm armis involvere. Calumniator generosissimo confisus equo, dum divinâ vi obtorpescētem fodit calcaribus, ab eodem efferato effusus animam exhalavit. Nemo dubitavit **A**USTREGISILO eum pœnas dedisse; qui eâ cura liber, à sponsæ suæ (Bituricensis Ecclesia fuit) ex voto Episcopus obtigit. Pro dote calum accepit an. D C. XI. nobis quoque appetum, si exemplo ejus non tam diu, quam cum Deo deliberaverimus, quod statuendum est semel. *Ex Surio.*

*Si voci Dei tui præparas aurem interiorem, fuge curam exteriorem, ut expedito & vacante interno sensu dicas cum Samuele, Loquere Domine, quia audit servus tuus. Vox hæc non sonat in foro, nec auditur in publico; secretum consilium secretum querit auditum. S. Bern. Ep. 107.*

## S. HOSPITIUS C. 21. Maii.

**H**OSPITIUM qui videsset, omnibus coopertum sceleribus crederet; qui nosset, simulachrum esse virtutis pronunciaret. Tanti est, bonum virum ex cultu

21. Maii. VITÆ SANCTORUM. 329  
cultu corporis, an animi æstimes. Apud  
Nicensem Gallorum urbem altâ abditus  
turri, onustus ferro omniq̃ue reorum  
squalore deformis, raro cum hominibus  
commercio, cum superis æterno agebat,  
quibus monentibus, iratum Gallis Nu-  
men, & Longobardorum irruptione  
scelera vindicanda esse intellexit. Aliis  
autor fugæ factus, ipse ergastulo non  
excessit, & barbaris per urbem grassan-  
tibus in conspectum se dedit: Ii pro ma-  
leficio habitum ad cædem deposcunt;  
jamq̃ue ferrum supra caput erat, cum re-  
pente percussoris brachium obriguit,  
quod H O S P I T I U S signo crucis contra  
edito correxit. Secuta inde viri æstima-  
tio, hausta ab eo præcepta salutis, quæ  
qui in aures duntaxat admisere, diro  
omnes lethi genere periere. Ultimo an-  
te mortem triduo demi sibi vincula pas-  
sus est: quem cum toto corpore à vermi-  
bus depastum non nemo miseraretur, ne-  
gavit illos sibi convivas graves fuisse: eo-  
rum morsuunculis excitatum se ad aman-  
dum Deum, non debuisse suis monitori-  
bus cibum invidere. Simul tamen atque  
beatum cælo spiritum reddidit, totum  
examen disparuit, mirâ erga mortuum  
reverentiâ, ut appareret, in vivum ex  
eiusdem imperio peccasse. Sed condo-  
nemus hoc morti jus, & tantâ nutri-  
tum curâ corpus cedat in vermium po-  
testantem. Illum vermem time, qui in  
X 5 ani-

330 VITÆ SANCTORUM. 22. Maii.  
animo nidulatur, & inter æternas flam-  
mas, omni Salamandrâ vivacior, num-  
quam moritur. Ex Greg. Turon.

*Perpende, quia caro, quæ nunc accu-  
ratis dapibus nutritur, paulo post vermi-  
bus scaterere compelletur, ipsa siue tunc  
fit esca rodentium, quæ nunc saginatur  
jucunditate ciborum, ac tanto gravio-  
rem exhalat putrefacta fetorem, quanto sua-  
viorem sibi procurabit educata molliciem.*  
S. Pet. Dam. l. 7. ep. 19.

S. BASILISCUS M. 22. Maii.

**L** Atuit subinde etiam sub militari sago  
magna virtus, & castra theatrum præ-  
buere Christianæ sanctitati. Nunc BA-  
SILISCUM inde producimus plurimum  
palmarum militem, quem afflictum  
incoerore ferunt, quod acceptis pro Ma-  
ximiano impio Cæsare vulneribus, gut-  
tam sanguinis pro Christo nullam fu-  
disset; cum tamen Theodorum marty-  
rem proximâ necessitudine contingeret,  
cujus pro fide prælia convitium suæ ig-  
naviæ facerent, utique, si virtuti suæ  
Christus confideret, ejus experimen-  
tum pridem capturum fuisse. Rarò ita  
cum Superis exposulatum est; neque  
sustinuit cæli Imperator tam pia militis  
sui desideria perire; ultrò cum allocutio-  
ne dignatus, memorem esse voti sui jus-  
sit, & dignos tantâ sponssione animos  
af-